

2) s. auch AH 57/75-78, 79A

Kopie des bischöflich-konstanziischen Kommissars in Zug?, Johann Jakob Schmid - AH 57, 200^r

79 A

[1688]

A

UEBERLEGUNGEN ZUM EHESTREIT ZWISCHEN OTTILIA RAESS [UND FRANZ KARL KYD EINERSEITS UND JOHANN BUOB ANDERSEITS, VERFASST VOM VIERHERRN DER LIEBFRAUENPFRUENDE IN SURSEE?, JOHANN HEINRICH KYD, ZUHANDEN DES BISCHOEFLICH-KONSTANZISCHEN KOMMISSARS IN LUZERN?, NIKLAUS LEONZ LUDWIG PEYER IM HOF]¹

"Omnis res, per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur, et obligationes, quae consensu contrahuntur, contraria voluntate dissolvuntur etc. propria enim confessio est optima probatio.

Semel enim malus, semper praesumitur malus.

Deceptis enim non decipiendis Jura subveniunt.

Dammum enim, quod quis sua culpa sentit, sibi debet et non aliis imputare.

Judicis officium est dirimere lites, non protrahere, vel differe, cum expeditus Judex longissimas deploret processus.

Constitutio Synodalis tit. 16 de matrimonio et impedimento N. 6.

quod si impedimentum aliquod ex proclamationibus deprehensum fuerit, tales a parochis minime copulentur, sed ad nostrum Consistorium pro declaratione remittantur, qui vero falsum aliquod impedimentum malitiose attulerit, eum praeter alias Juris poenas excommunicatione feriemus.

et cum nuper Otilia Rass [=Räss] de crimine falsi propria confessione non potuit convinci, non idcirco statim absolvenda est, sed cum sit onerata gravissima suspicione criminis, indicenda est illi denuo purgatio, qua iureiurando innocentiam suam testetur, quam si non praestiterit, tanquam convicta de crimine poenae subsequitur etc. Non tamen cuilibet Reo haec purgatio indicenda est, sed tamen fide digno, unde qui antea in furto, aut periurio, aut falso testimonio depraehensus est, ad hanc purgationem admitti non propter metum periurii, sed aliter pro arbitrio Judicis se purgabit, sic loquitur Glossa. Ita que pars laesa pronunc comparet et instat, ut per Judicis sententiam tres taleri attribuantur ei, ad quem de Jure spectant ac debentur cum plenaria refusione expensarum, quas hactenus, durante lite, passa est.

Quare denuo Otilia Räss non attentis sumptibus, citetur, per quaecunque Juris

remedia strictissime examinetur, donec literarum falsarum fabricator prodatur, poenae subsequitur statuatur exemplum, ut imposterum sacrum Concilium Tridentinum Sacri Canones integri, illaesi, sani observentur. Quod si non fiet, aperietur Janua iniustitiis et iniquitatibus. Jtaque per praesentem instantiam R.D. Vestram convenio seu Judicem nostrum, et humillime requiro, et imploro, ut Jus et Justitiam, praemisso stricto examine, mihi in fama laeso administret, alias a denegata iustitia dabitur appellationes (quod autem non spero) sententiam pronunciet, ac definiat Causam.

Abrumpo, ac me demisse Gratiis ac favoribus R.D.V. commendatum volo, ac maneo."

1) s. auch AH 57/75-79

Kopie des bischöflich-konstanzer Kommissars in Zug?, Johann Jakob Schmid - AH 57, 200

80

1687 Oktober 20., Luzern

A

SCHREIBEN DES [BISCHÖFLICH-KONSTANZER] KOMMISSARS NIKLAUS [LEONZ LUDWIG] PEYER [IM HOF AN SEVERIN SCHELL ODER SCHULTHEISS UND RAT VON SURSEE?]

"Cum in Causa controversa inter R.D. Severinus Schell Vicarium Surlaci [Vierherr an der Pfründe St. Niklaus] ex una, et Inclytum magistratum Saecularem [Schultheiss und Rat?] ibidem ex altera Partibus, lite iam contestata coram nobis pendente die 23 Octobris hora nona vel quasi antemeridie, dictam controversiam Judicialiter reassumere, et terminare decreverimus: Idcirco praenominatas Partes tenere praesentium in dictam diem et horam pro primo, secundo et tertio, adeoque peremptorio termino citantur, quatenus in Commissariatu Lucernae ad proponendum, opponendum, respondendum et ulterius, si quid habeant, deducendum, nec non ad audiendam sententiam desuper ferendam compareant, sive autem partes, seu alterutra earum comparuerit, sive non, nos nihilominus ad partis praesentis instantiam in Causa praecedemus, et etiam definitive pronuntiabimus, pro ut de Jure, et Justitia poterimus, partis contumacis absentia non obstante."

Kopie des bischöflich-konstanzer Kommissars in Zug?, Johann Jakob Schmid - AH 57, 201^f